

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Bellum q

... laus ex ore Cassiodori non improprie procedit,
scribentis sic in epistola et dicentis:

‘Ars bellandi si non praeluditur,
cum fuerit necessaria non habetur.

Discat ergo miles in ocio, quod perficere possit in bello.
Animos subito ad arma non exigant, nisi qui se ad ipsa
idoneos premissa exercitacione disponant. Gestiant vituli
certamina que implent etate robusta; catuli in novellis
venacionibus ludunt.

Sic animi hominum, nisi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc
quod tendunt idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta
pavida sunt, et aliter timiditas non tollitur, nisi cum rebus
necessariis novitas abrogatur.’

Scotichronicon, 14.38 (Watt ed., vol.7. p.372, ll.18-27).

Ars bellandi, si non praeluditur,
cum fuerit necessaria non habetur.

Discat ergo miles in ocio quod perficere possit in bello.
Animos subito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa
idoneos premissa exercitacione disponunt. Gestiant vituli
certamina que implent etate robusta; catuli in novellis
venacionibus ludunt.

Sic animi hominum nisi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc
quod tendunt idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pavida
sunt et aliter timiditas non tollitur nisi cum rebus necessariis
novitas abrogatur.

Cassiodorus libro I. epistolarum epistola XXXIX.

Manipulus florum, Bellum q

Ars enim bellandi, si non praeluditur,
cum fuerit necessaria, non habetur.

Proinde illustris sublimitas tua Salonitanis militibus, aut
cuique se expediendi facultas obtulerit, pro nostra iussione
arma necessaria procurabit, quia fida rei publicae salus est
defensor armatus.

Discat miles in otio, quod perficere possit in bello.
Animos subito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa
idoneos praemissa exercitacione confidunt. Gestiant vituli
certamina, quae implent aetate robusta; catuli in novellis
venacionibus ludunt.

Focos ipsos comprehendere uirgultis teneris inchoamus:
ceterum si robora primis scintillis adhibeas, igniculum
opprimis, quem fouere contendis.

Sic animi hominum, nisi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc,
quod tendunt, idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pavida
sunt et aliter timiditas non tollitur, nisi cum rebus necessariis
novitas abrogatur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.50 (CCSL 96,
A.J. Fridh ed., p.45, ll.6-20).